



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

24. Junij. 8. Cal. Julij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295



24. Junij. 8. Cal. Julij.

Floruit **B. RAYNALDE**, cœnobij Perigniacensis apud Cœnomanos Abbas: *circa* vir admirandæ abstinentiæ, & sanctitatis: qui post diuturnum solidæ virtutis experimentum, curâ aliorum humiliter susceptâ, famam tam celebri sanctimoniam adeptus es, quæ te catalogo virorum illustrium S. Ordinis inseruit. *1270.* *Geminum habet Deus catalogum eorum, quos elegit, innocentium nempe, & penitentium. Tu cura, ut alterutro inscribi merear.*

Circa **B. MAURICI**: qui inter alias virtutes, quibus te sanctus Hugo Abbas Bellæ Vallis imbuit, præcipuè ambibisti perseverantiam in cœpta semel via perfectionis. Hæc tam altas in corde tuo radices egit: ut cum longo tempore paralytis te in Infirmatorio detineret, à communi tamen statarum precum, & jejuniorum observantia, ne latum, ut dicitur, unguem recesseris. Et ne dubitares de debita huic virtuti corona, visi sunt auditique Angeli, ponere mortualem lectulum, decessuro victori lætissimum pœana præcinentes. *Ab* *quoties Propositis meis ad montem vite in melius*

melius mutandæ ascendi! quous cum re- Volen-
 gio Psalte dixi: Nunc cœpi! Tu fac, ut in- dum
 firmitatem meam ad u- uet mutatio dextera effica-
 Excelsi, & perficere donet, qui uelle ledit: citer.
 utrumq; enim ejusdem datoris est munus.

S. BERNARDUS, ser. 64. in Cant.

Quid prodest scire, quid te oporteat scire,
 facere, si non datur & uelle facere? & non
 Quid si uelis quidem, & minimè pos- facere,
 sis? Quantos expertus sum, agnitâ res inu-
 veritate, tristiores, & eò magis, quòd tilis,
 jam confugere ad ignorantia excusa-
 tionem non liceret: scientes, & non
 facientes, quod Verbum hortaretur.



25. Junij. 7. Cal. Julij.

B. GUILIELME, Abbas Bellælan- ^{Floruit}
 dæ: qui in sæculo non sæculariter ^{circa}
 degens, partâ per vitæ austeritatem de ^{annum}
 illecebris carnis victoriâ, prophetiæ & ^{1169.}
 miraculorum gratiam consecutus es.
 Expensis autem periculis, inter quæ te
 deprehendebas, ad sacræ obedientiæ
 tutelam confugisti. Sub qua de virtute
 in virtutem progrediens, ut non solo
 exemplo, sed etiam dignitate cæteris
 præires